

Hars.

III.

Fo.

XXII.

vestra fraternitas scribit: hoc postposita du-
bicate teneat. quia sicut nostra defendimus
ita singulis quibusque ecclesijs sua iura ser-
uamus. nec cuiuslibet fauete gratia ultra qua-
meretur impetio. nec ulli hoc quod sui iu-
ris est ambitu stimulante derogabo. sed fra-
tres meos per omnia honorare cupio. Sicque
studio honores in alios subuehi. dummodo
non sit quod alteri iure ab altero possit oppo-
ni. Responsalium vero vestrorum moribus:
valde congaudeo in quibus mihi ostensum
est quantum me diligitis: qui ad me electos
fratres transmisistis et filios. Datum die deci-
ma KL. augusti. Inditione decima.

Incipit registrum gregozij. Indi-
tione vndecima. Gregozij
Petro suadepacono Campanie.
Primum.



Vale in castello Vicu-
lano sit scelus in Pau-
lo fratre et coepiscopo
nostro commissum. dire-
cta nobis fecit relatio
manifestum. et quia his
diebus scolasticus vir
memorabilis. Campa-
nie iudex. hic presens inuenit est. specialiter
ei iniunximus. vt tante peruersitatis insania
districta debuisset emendatione corrigere.
Sed quia nunc predictae relationis portitor:
nobis vt personam dirigerem? innotuit. Ideo
quod Epiphanium subdiaconum illuc direxi-
mus. qui vna cum presato iudice a quibus
excitata sit. vel commissa seditio inuestigare
ac possit agnoscere. vt digna ultione vindica-
re possit. Experientia igitur tua. ita tota vir-
tute in hac causa solaciari se festinet. quatinus
et cognosci veritas. in delinquentes valeat
vindicta procedere. Quoniam igitur manci-
pia gloriose Clementine. in eodum scelere in-
terfuisse. et voces que seditionem commone-
rant. iactasse dicuntur. Si ista est. districte ea
iniuncte ultione subternere. nec pro persona
illi? sit seueritas vestra remissio. quia tanto
amplius feriendi sunt. quanto utpote nobilis
femine pueri ex sola superbia deliquerunt.
Sed et illud subtili indagatione oportet nos

perquirere. vtrum ne predicta femina in tanta
habuerit sceleris immanitate consilium. aut
si cum eius sciencia sit perpetratum. vt quod sit
periculosum. non solum manibus. sed etiam
in sacerdote verbis excedere. ex nostra cum/
Eti possint defensione cognoscere. Siquid enim
in hac causa tentatum fuerit. aut ommissum.
ad tuam culpam scias. ac potius pertinere
periculum. nec alicui apud nos locum ex-
cusationis inuenies. Nam quanto te apud
nos res ista. si districtissime perscrutata et
emendata fuerit. commendat. tanto si leui-
gata fuerit. nostram contra te scire indigna-
tionem exacui. Mancipia siqua de cetero in
monasterio sancti Seuerini. vel in alia eccle-
sia eiusdem castelli de ciuitate refugerint. mox
vt ad noticiam tuam peruenerit. nullo modo
ea illic immolari permittas. sed intra in ciui-
tatem in ecclesia reuocentur. Et si iustam con-
tra dominos suos querelam habuerint. cum
congrua ordinatione de ecclesijs exire necesse
est. Si vero venialem culpam commiserint
dominis suis. accepto de venia sacramento.
sine mora reddantur.

Gregozius Paulo Episcopo.
.ij.

Icet nos non mediocriter contri-
stauerit. cognita qua es perpessus
iniuria. habemus tamen aliquam
consolationis materiam. quod laudem tuam
hinc inesse cognouimus. ob id quod pro equi-
tatis rectitudine hoc quantum directa nobis
patefecit relatio pertulisti. Vt ergo ad ma-
iorem fraternitatis tue gloriam applicetur. hec
res constantiam tuam non frangere. nec a via
debet veritatis auertere. Nam maior in face-
dotibus merces est. in veritatis tramite etiam
post iniurias permanere. Ac ne tante impie-
tatis iniuriam. multa remaneat. et in peius in-
disciplinatio perniciose proumpat. Scolas-
tico viro memorabili Campanie iudici. quia
hic presens inuentus est. vt hec digna coe-
rcione vindicare debuisset. iniunximus. Sed
quia homines tui a nobis vt personam de-
buissemus. dirigere petierunt. Propterea Epi-
phanium subdiaconum illuc nos transmi-
sisse. cognosce qui vna cum predicto iudice
inuestigare valeat ac cognoscere veritatem.
quatinus eos a quibus tantum facinus im-
missum. vel constitit perpetratum. sua in-
stantia dignam faciat exerceri vindictam.

Gregozius Iohanni Abbati.
.iij.